



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formvlae Qvaedam Cavte Et Citra Scandalum loquendi de  
præcipuis Christianæ doctrinæ locis**

**Rhegius, Urbanus**

**Bonnae, 1544**

**VD16 R 1801**

14 Confessio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35397**

& donum illud non habet, uiuat in mar-  
rimonio sancto. Ad afflictionem qui-  
dem in carne habebunt coniuges, sed  
sunt in eo statu, qui placet Deo, & fons  
est honestatis publicæ, Honorabile e-  
nim est inter omnes coniugium, & i-  
cubile impollutum, ait Paulus Hebr.  
IX. Scortatores autem & adulteros iu-  
dicabit Deus.

## DE CONFESSIONE quomodo caute loquendum.

**C**onfessio semper fuit in Ecclesia,  
sed per homines addita sunt quæ-  
dam inutilia, imò periculosa.

- I. Dixerunt omnia peccata esse pro-  
denda, quod est impossibile.
- II. Et proponenda proprio sacerdoti  
tantum, nisi ab eo ueniam acceperint  
alibi confitendi. Profecto utile est, pro-  
prium pastorem consulere, sed nō est

E ij hic

Hic conscientia præcepto oneranda.  
III. Omissio uno peccato uoluntarie,  
totam confessionem esse repetendam.  
III. Populus persuasus fuit, propter  
ipsum opus confitendi, & cōtritionem  
propriam, remitti peccata, De Christi  
meritis parum cogitauit. Hæc tanque ne-  
cessaria Scholaſticiurgebant, cum ma-  
gno conscientiarum periculo.

Confiteri ergo Christianus debet,  
& Deo semper, & sæpe Ministro Uer-  
bi, ad minimū, quando ad mensam Do-  
mini accessurus est, ut audiat uerbum  
Christi ex ore Ministri, qui per os Mi-  
nistri nos absolvit à peccatis nostris.  
Nam Christus dedit claves regni cœlo-  
rum Ecclesiæ suæ, hæc committit Mi-  
nistris uerbi, quibus illi remittunt pec-  
cata, illis sunt remissa, quibus retinent,  
sunt retenta. Credere ergo firmiter de-  
bemus absolutioni, non minus quam  
si Chri-

si Christus ipse uisibiliter nos absoluere, sicut absoluit Magdalenam & Paralyticum.

Communicaturi debent ante percepcionem uenerabilissimi Sacramēti diligenter examinari in confessione, non multi simul, sed singuli, ut pastor explorat, an intelligāt Catechismum, an sciant cur sit communicādum, & quid in Sacramento sit quærendum.

QVOMODO DE HV<sup>e</sup>  
manis traditionibus caute  
loquendum.

**N**on omnes traditiones hominū sunt reiiciendæ, & in primis mone mus, ne ciuiles ordinatiōes & leges inter traditiōes humanas collocetis. Nā hoc uocabulo solemus uti, quoties de constitutionibus Episcoporum in Ecclesia loquimur. Et tantum illas tradi-

E iii tiones